UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia Sacra Et Hvmana Libri XVI

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

Figura per personas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70090

Visual Library

pro tecum certat, & cum amore pugnabis.
Et, *Reddidit vna boum vocem,*
pro vna è bobus. Item ſimilia. Aut propoſitione detracta. Vt

— maria aſpera iuro.

Et, *Thyrrhenum nauigat æquor.*

Item quæ ſunt talia.

Ibidem. Figura per perſonas. Vt ſi quis dicat, vos ſuperi Iupiter precor. Vt ſunt iſta.

Vos ô Calliope precor aſpirate canenti.
Et, *Vos ô patricius ſanguis, quos viuere fas eſt.*

Item ſi qua ſunt ſimilia.

Ibidem. Figura per numeros. Vt ſi quis dicat, populus locuti ſunt. Vt

Pars in fruſta ſecant, verubuſque trementia figunt.
Et, *Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis*
Expediunt.
Et, *ſæuitque animis ignobile vulgus,*
Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte virum, quem
Conſpexere, ſilent.

Ibidem. Figura per præpoſitionem ad, modo ſemel, & ſimplicem poſitam. Vt ſi quis dicat, aduoluor illum, pro ad illum voluor. Et accedo illum, quaſi ad illum accedo. Vt

Explorare locos, quas vento acceſſerit oras.
Et, *Nuntia fama ruit, matriſque adlabitur aures*
Euryali.
Et, *Electra vt Graij perhibent Atlantide cretus,*
Aduehitur Teucros.

Modo ſimpliciter relatam. Vt quin adeat ad eum? aggrediar ad illum. Et ſi qua ſunt talia.

Ibidem. Figura per præpoſitionem in, modo ſemel ſimplicem elatam. Vt

Inflauit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras.
Et, *Tu calamos inflare leues.*

Quaſi in calamos, ebur, flare. Et apud Saluſtium, atque eos à tergo incurrerunt, quaſi in eos incurrerunt. Modo dupliciter elatam. Vt

Induerat Circe in vultus, ac terga ferarum.
Et, *Induit in florem, & ramos curuauit olentes.*
Et, *Hunc in prona iugo læuum incumbebat in amnem:*

Et ſi qua ſunt ſimilia.

Ibidem. Figura per verborum qualitatem. Vt caput velor, pro caput velo, aut capite velor. Vt

Capite ante aram Phrygio velabar amictu.
Et, *Flaua caput nectuntur oliua.*
Et, -- *peoudum fuluis velatur pectora ſetis.*
Et, -- *aut pacem Troiano ab rege petendum.*
Et, -- *populare penates,*
pro populari.

Figura per modos temporum. Vt cum dico, libens fecero, pro faciam, vt

-- donec me flumine viuo
Abluero.

Figura per aduerbiorum qualitatem. Vt cum dicimus, Ad illum cœno. Ad villam moror, pro apud villam. Et, terræ iacet, pro in terra. Et, Domi, militiæque res geſtas. Et, cuius domo nota eſt annos ſexaginta natus. Et, tot annos bella gero. Pag. 53.

Figura per Pleonaſmum. Vt, Antiquum obtinens. Vt, Mortem occumbere, & obire diem, & viuere vitam, & pugnare pugnam, & ire iter, & oculis videre, & Ibidem.

— voce vocans Hecaten.

Et, *Hunc oro ſine me furere ante furorem:*
ac ſi qua ſunt talia.

Figura per eclogam verborum. Vt cum enuntiamus bonos dicere, fortes pugnare. Item, da bibere, da cœnare. Et, Ibidem.

Donat habere viro,
Et, *Cunctaturque metu, letumque inſtare tremiſcit.*
Et, *Da ſternere corpus.*
Et, -- *da iungere dextram.*
Et, -- *quale per æſtum*
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Et, *Hoc ridere meum tam nil, nulla tibi vendo*
Iliade.

Figura per eclogam aduerbiorum, Vt, cum dicimus, magnum tonat, tumidum loquitur. Ibidem.

Magnumque fluentem nilum
Et, -- *vtque volutus ad terras.*
Et, *Immane ſonat per ſaxa.*
Et, -- *nec longum lætabere.*
Et, *graue olentis Auerni.*
Et, -- *horrendum intonat armis.*
Et, *Nauibus infandum, amiſſis.*

Et ſi qua ſunt talia.

Ibidem. Figura per pronomina. Vt, nullus dixeris, pro ne dixeris. Et, Quis mulier.

Ibidem. Figura per eclogam nominum. Vt cum dici-